

JUDICIUM TEMERARIUM.

Falsa suspicio, cogitatio aliena existimationi injuriosa.

MONITUM.

Hoc temerarii Judicii argumentum singulare est, quamvis de suggestu passim pertrahari consueverit. Vitiu[m], ad quod prae caeteris hoc accedat, est obscuro, quia ut plurimum hujus est causa; verum cum haec duo sint se juncta peccata, licet alterum alteri faciem praeferat, utrumque a nobis seorsim pertrahabitur.

Quod autem hoc in argumento potissimum animadvertendum occurrit, est 1. ut bene distinguatur rationalis suspicio, quae suboriri potest de moribus, actionibus, & consiliis dominis alicujus ex iudicii profecta palam nitentibus, a iudicio, quod levibus innititur conjecturis, vel signis equivocis, quae in utramque partem spectari possunt, ubi ostendendum est semper aequum esse sententiam. 2. Ut ostendatur fallacium esse, immo etiam vulgatissimum falli, cum ea verum specie iudicium feratur. 3. Ut omnis evitetur exaggeratio, & ne vitio veritatis alieno quocumque nobis ingratis cogitatio aliena iniqua existimationi.

Quamvis hoc argumentum ad eos unice spectet, qui alienarum actionum iudices, censorisque esse volunt; nulla re prohibemur, quominus Auditores nostros exortemus, ne unquam occasione alius praebent male suspicandi, & ut equis atque quadrigis evitent, quidquid iustam praebere potest scandalum canjam; atque ut existimationis suae curam gerant quam solertissimam; quod etiam atque etiam Biblia commendat. Illos etiam demerito hortari possumus, ut Salvatoris exemplum secuti aequo, magnoque animo ferant praeva aliorum de se vitaeque suae ratione iudicia, quibus nullam praebere occasionem.

PARAGRAPHUS PRIMUS.

Varia Concionum hujus Argumenti Structura.

I. **I**N Evangelium: Arguet mundum de peccato, & de iustitia, & de iudicio. Quamquam mundum a Spiritu Sancto de peccato, iustitia, ac iudicio sit redarguendus, in hoc unice immoror, quod est temerarium iudicium, cui mundus maxime obnoxius est, erga proximum suum, in quo ista haec simul continentur, peccatum, iniustitia, atque iudicium. Et sane haec iniustitia est, quam plurimi committere possunt; & quemadmodum peccata, quae sunt contra iustitiam, graviora sunt, eaque magis perhorrescimus, videor mihi in sola criminis hujus adeo familiaris iniustitia collegisse, quidquid majoris momenti est in hoc argumento. Dico igitur temerarium iudicium iniustum esse 1. quia fit sine sufficienti facti, vel illius, de qua iudicatur, personae cognitione: 2. Si sine legitima, recognitaque auctoritate, & potestate; 3. sine probitate, & integritate, quae in iudice requiritur, ut aequum ferat iudicium. Haec est totius concionis partitio.

Punctum primum. Omne iniustum iudicium non semper est temerarium; fieri enim potest, ut, quae committitur, iniustitia cognoscatur, atque sanctissima qualibet iura ex libidine violentur; Sed omne iudicium temerarium est iniustum quia temerarium non est nisi propter sufficientis cognitionis defectum. 2. Quia iudicium fertur secundum faciem, externaque species, quae ut plurimum vel mendaces sunt, vel aquivocae; sed frequentius secundum opinionem, quam antea animo imbibimus. Nobis alicujus vitae ratio enarratur, atque minus aequa tribuitur idea morum, & probitatis eiusdem; post hanc narrationem cum ille apud nos male audire coeperit, quidquid facit, & dicit, suspitione minime caret, ac semper in deteriore partem de eo iudicamus. Sexcenta nobis nuntiata sunt vera, vel ficta de homine illo negotio, mercatore, famulo, matrona: ideo negotium illum tanquam male fidei, veritatumque hominem redarguimus; mercator hic nobis est dolosus, famulus infidelis; & si quid domi nostrae perit, vel amissum est, in illud statim nostra redit suspicio. Quid iniquus, quam ita ob leves causas de proximo suo ferre iudicium? 3. Iudicamus hinc probatione, siue examine, quin aures adhibeantur illi, in quem redit criminatio; & Deus ipse noluit damnare cives Sodomorum, quin ad examen vocaret, quin quae rationes haberet, quin in ea loca descenderet, ut veritatem cognosceret, quamvis non aliis in-

digeret quaestionibus, cum illi omnia comperita sint, atque explorata: Nos vero incertis narrationibus, labantibus praeparationibus, fallacibus praeventionibus decretoria[m] aferemus sententiam? Quae temeritas, quae iniustitia! 4. De ipsis etiam secretis cordium intentionibus iudicamus; quae gravissima est iniustitia, optimaque proximi actiones in deteriore partem detorqueamus, illius existimationi in nostra officium mente, eumque privamus eo iure, quod natura, & religione adeptus est, in quo charitatem cum iustitia violamus, &c.

Punctum alterum. Iudicium temerarium iniustum est, quia illegitimum sine iure, & auctoritate, 1. Haec manifesta est divina auctoritatis usurpatio: Deus enim explicitis verbis prohibuit, ne fratres nostros iudicemus, & quae sibi uni referavit iudicium. Tribunal erigimus in medio nostri, ad quod mundus universus, nobiles, ignobiles, pauperes, divites, noxii aequae & innoxii adducuntur; nosmetipsos alienarum actionum sine iuditione, & auctoritate arbitros constituimus, & quod magis criminofum est, facta, quae omni culpa vacant, improbe in malum sensum torquemus. 2. Quia iudices alii, quibus legitima auctoritas est, cancellis veluti quibusdam constituta habent iurisdictionem, ultra quam sese extendere nequeunt; immo neque de casibus, atque negotiis quibusdam non iudicant. Hinc oritur varietas tribunalium, quorum quaedam de iis rebus inquirunt, de quibus alia agere nequeunt; sed qui proximi sui iudex esse vult, hic de rebus omnibus iudicat. 3. Ad iniusta, atque illegitima haec reformanda iudicia, generale iudicium habebitur, in quo Deus mortalium omnium oculos obicit, quidquid fuerit occultius &c.

Punctum tertium. Si temerarium iudicium iniustum est propter defectum luminis, & cognitionis, & propterea propter legitima potestatis, & auctoritatis defectum; addendum est iniustum quod esse propter defectum probitatis, & integritatis, quae iudici esse necessaria; quia nihil iniustum est, quam videre, censorem, & iudicem fieri, qui iudem criminibus obstrictus est, propter quae alios condemnat; vel qui cum improbus sit, innocentes accusat, iudicat, damnat. Hoc autem passim in temerariis iudiciis occurrit. 1. Hi quippe importuni censores de aliis iudicant secundum sui cordis affectiones, & secundum ea, quae paribus in occasione ipsi facerent. Avarus alios sibi similes putat; libidinofus, versutus, &c. 2. Quia passim ex-

animi affectu, invidia, zelotypia, ultione, &c. iudicium proficitur. 3. De aliis prout eos amamus, vel odimus iudicamus &c.

II. Christianus de nemine unquam iudicare potest; iustitia, charitas, religio, & explicitum Salvatoris in Evangelium praecipuum huiusmodi iudicia prohibent, atque damnant. 2. Numquam fidei adhibere debet temerariis iudiciis, quae alii faciunt, de proximo suo; quia plerumque illidem laborant principis, quibus nostra; & eadem rationes, quibus de aliis temere iudicare prohibemur, prohibent etiam, ne in aliorum iudicia temere prolata abeamus. 3. Omnis Christianus, quam diligentissime cavere debet, ne ulli praebet occasionem de se male iudicandi; hoc enim est praebere scandalum; & iudicium, quod de eodem haberetur, non esset amplius temerarium.

In iudicium temerariis peccatur: 1. contra prudentiam, quia iudicatur secundum externas speciem, quae ut plurimum dolosae sunt, vel secundum ea, quae nobis narratur, & quae quotidie fallacia esse deprehendimus. At his rebus nostrum superstruere iudicium, nonne est nosipsum in periculum adducere, ne decipiamur, ideoque agamus contra prudentiae regulas, quae postulant, ut nihil praetermittamus curae, atque laboris, ne fallamur? 2. Peccatur contra Charitatem, quae petit, ut bonam de proximo opinionem foveamus, ut aequi, bonique faciamus actiones illius, cum palam improbe non sunt, & ut in his, quae sunt accipies, in aequiore partem inclinemus. 3. Peccatur contra iustitiam, legemque naturalem; eripitur proximo jus, quod habet ad nostram existimationem; usurpatur jus, quod ad iudicantem non pertinet; ac denique alteri fit, quod nobis fieri nequaquam cuperemus.

In temerario iudicio considerare possumus 1. injuriam, quae inferitur Deo ab his, qui de hominum intentionibus iudicant, quod essentiale jus est divinitatis, quae una cordium secreta cognoscit. 2. Injuriam, quae proximo inferitur, cui nostram aulicium existimationem, ad quam jus habet donec nihil improbe gesserit; ideoque iudicium temerarium, atque contemptum qui illum subsequitur, manifesta est iniustitia. Te rem putares, si obsecratione tua effecisses, ut proximus tuus apud alios male audiret: numquid innocens est, cum per temerarium iudicium tuum efficit, ut male apud te audiat? 3. Temere iudicans sibi imert inferi injuriam; quia coram Deo sese graevius delicti nomine obstringit; & Deum hunc misericordiae cogit, ut severe in ipsum animadverteret, &c.

Peccatum temerarium considerari potest, 1. in causis, quae illud gignere consueverunt, videlicet invidia, superbia, praesertim vero improbitate, & morum corruptione: quia ut plurimum de aliis iudicamus ex nobismetipsis, & qui alicui defectus, vel vitio obnoxius est, alios eodem inquinatos esse arbitramur. 2. in effectibus suis, qui insignem asserunt injuriam proximo, illi mentis nostrae existimationem eripiens, ad quam jus habet, & mox etiam affectum, & charitatem, quo eundem complecti debemus; quia difficile est amare qui flocci penditur; & demum illius existimationi apud alios officium, ubi nostras suspiciones, & latum a nobis iudicium proferimus. 3. Considerari potest in propria nequitia, quatenus ex diametro opponitur charitati, quae de nullo male cogitat, & quae contra pro virili alienos defectus abscondit.

Cum mens, & cor in partem accedant iudicii temerarii, quod de alienis actionibus fit, docendum est quomodo ex utraque parte peccatur. Primum quidem ex parte mentis. 1. Imprudentis quippe, ac temerarii est in re magno momenti iudicium ferre ex levibus speciebus, fallacibusque conjecturis. 2. Superbi, & arrogantis est iudicem fieri velle sine iure, & sine auctoritate. 3. Hoc est rationem ipsam, naturalemque ledere & quitatem. Secundo ex parte cordis. 1. Haec nota manifesta est improbi ingenii. 2. Nota est cordis corrupti, ac obnoxii iudem vitii, quae corripuntur in aliis. 3. Nota est modice Charitatis erga proximum.

Tria secundum Div. Thomam necessaria sunt: ut bonum iudicium fiat. 1. Auctoritas; 2. Cogni-

tio; 3. Integritas. Auctoritate opus est in iudicio periclitata; cognitione in mente; integritate in corde. Nisi aduerit auctoritas, iudicium nullum erit, atque chimericum; si defuerit cognitio, iudicium fallax erit, & accusari poterit excitiis, atque erroris, sine integritate iudicium vitiosum erit, atque corruptum. At plerique iudicant, atque condemnant alios 1. sine auctoritate; Quis se constituit iudicem? 2. sine cognitione; quis enim secreta cordium praeter Deum cognoscere potest? 3. sine integritate, iudicant enim e libidine, affectu, cupiditate. Pat. Bourdaloue in primi Sermonibus.

Temere iudicans tres habet characteres christiana[m] oppositos charitati.

1. Characterem habet levitatis, & festinationis oppositum charitati patienti, & ab omnibus suspicionibus vacuae. 2. Characterem indisciplinatus, atque duritiae contra charitatem lenem, atque prudentem, aliena peccata silentio tegentem. 3. Characterem improbitatis, atque arrogantiae contra humilem charitatem, quae ambitiosa non est, neque superbia intumescit. Ex Sermonibus moralibus.

Iudicii temerarii natura quid sit, & in quo consistat, 2. Improbis iudicii temerarii, quod injuriam inferit & proximo, & Deo. 3. Causae iudicii temerarii, quae sunt propensio in malum, curiositas alienarum actionum inquirendarum, cordis affectio, quae efficit, ut de aliis ex temere ferat iudicium.

1. Putant, temere iudicare de proximi vita peccatum esse leve, ac momenti nullius; ego vero peccati huius enormitatem & in ipso, & in effectibus eius ostendam. 2. Querunt quid faciendum ut evitetur; ego vero modum illius evitandi tradam. Joly Tomo 3. Propositionum.

I. Iudicium temerarium est contra leges iudicialium. 2. contra leges charitatis. Alterius quidem iura omnia; alterius vero omnia infringit officia. Ex Auctore sermonum in omnia Eibica Christianae argumenta. Tomo 3. Dominici.

Ubi de proximi actionibus agimus in iudiciis, & decisionibus nostris caeci sumus.

1. Quia de rerum substantia ex earum specie iudicamus. 2. Quia ex actione illationes deducimus de intentionibus, quae uni Deo sunt exploratae. 3. Quia alienis innititur narrationibus, quae tres sunt rationes, quibus plerique iudicia nostra sunt temeraria. Ex P. Bourdaloue.

PARAGRAPHUS II.

Fontes, Auctoresque, unde hauriri copia potest ad propositas Concionum structuras exornandas.

Sanctus Augustinus in Epistolam ad Romanos ostendit relinquendum esse Deo eorum actionum iudicium, quae utroque animo fieri possunt. Idem in Epistola ad Clerum, populumque Hypophensem docet gravissimum esse iniustitiam de universa communitate esse vitio alicujus, de eadem iudicium ferre.

Idem, in Psalm. 118. haec explicans verba; *Amputa opprobrium meum quod susceperat sum*, docet improbum esse de aliis iudicare, ex in, quae in nobis contingunt.

Idem, in Psalm. cum docet quantum sint illa iudicia, quae appellanda sunt temeraria, atque in rebus dubiis semper in aequiore partem esse iudicandum.

Idem, Serm. 202. de Temp. in haec D. Matthaei verba; *Nolite iudicare, & non iudicabimini*; ostendit vituperari posse, quod palam peccatum est, at non posse damnari, quod anceps est, & bono consilio fieri potuit.

Idem, in Psalm. 51. docet numquam male iudicandum esse de hominibus esse eorum muneribus, & actionibus, quae extrinsecus patent, cum non sint palam factae.

Idem, l. 2. de Serm. Dom. in monte c. 28. docet bitantem temere iudicari; videlicet cum igno- ratur, quinam aliquando futurus sit ille, cuius vita hodierna die fugitosa, & mala videtur.

Sanctus Gregorius, l. 5. Moral. c. 27. & l. 14. cap. 12. ostendit de proximo male iudicari, quia

VIII

IX

X

XI

XII

Sancti Patres.

non amatur, neque credimus nostro falli judicio, quia nosmetipsos nimis amamus, Idem, l. 23. c. 14. eorum. Moral. aperit malum, quod committitur ab iis, qui male judicant de superioribus suis, quibus subiecti sunt.

Idem, Homil. 4. in Ezech. temerarium iudicium amoris proprio, & defectu charitatis adscribit.

Sandus Chrysostomus, Homil. 22. in cap. 18. Genes. in hac verba: Descendam, & videbo, utrum peccata opera compleverint, docet, quam cauti esse debemus in aliis judicandis, & quid praevendum antequam actiones eorum damnemus.

Idem, l. 6. de Sacerd. de Praefulibus loquens, docet ipsi cavendum, ne praebant occasionem aliis, male de se judicandi.

Sandus Gregorius Nazianzenus, Orat. de seipso, docet, iudicia, quae de nobis fiunt, negotium nobis facessere non debere, dummodo nullam illis occasionem praebemus.

Sandus Dorotheus, Doctr. 6. ostendit hujus criminis gravitatem ex verbis Salvatoris: Estote prius trahere de oculo tuo &c.

Idem, Doctr. 16. centenas, innotosque aliorum censores iis comparat, qui somnium habent caecochymum, & in pravum saeculum saluberrimos quoque cibos convertunt.

Sandus Bernardus, serm. 40. in Cant. docet proximum non esse levi de causa damnandum: sed actionem in se malam excusari posse, vel latentem excusari intentionem, & pro virili crimen imminui.

Sandus Thomas, in Epist. ad Roman. cap. 2. docet, iudicare proximum in iis, quae nobis ignota sunt, esse in Dei auctoritatem manum inferre.

Sandus Bonaventura 2. Tract. de interioris hominis reformatione cap. 2. eximia praebet ad hanc rem praecipua.

Sandus Franciscus Salesius in Introductione ad vitam devotam cap. 28. docet, cur mala iudicia, quae de alienis actionibus fiunt, sint temeraria; & quibus principis orientur, & quae illis sint adhibenda remedia.

Alphonfus Rodriguez, Tract. 4. cap. 13. 16. 17. fufius loquitur de temerariorum iudiciorum cautis atque remediis.

Pater Saint Jure lib. 3. de cognitione, & amore Domini nostri secti. 7. hoc ipsum pertractat argumentum.

P. Suffren in anno Christiano parte prima c. 7. sect. 3. punct. 2.

In libro, qui inscribitur, Essais de morale Tomo 1. Tractatus 5. integer circa temerarium iudicium versatur, ubi decem capitibus persequitur quidquid hoc respicit argumentum.

In libro, cui titulus, Passiones Jesu Christi, Passione 20. sermo est de fallis iudiciis, quae iudaei de Salvatoris actionibus fecerant.

P. Neveu Tomo 3. Christianarum Considerationum.

Libet, cui titulus Remarques sur divers sujets de Religion & de morale, Tomo 3. hoc argumentum pertractat.

P. Croiset in Spiritualibus Considerationibus. Drexellius, in Amusi l. 2. c. 7. consecut. 5. Nicolaus Lancicus, Opus. 19.

Libet, qui inscribitur: Guerre aux vices praetio 38. Hortus Pastorum, tract. 4. lect. 15. Molinier sermone pro feria tertia post quartam Quadragesimae Dominicam.

P. Bourdalove in primis sermonibus sub eius nomine editis sermone pro eadem feria.

Joly Tomo 3. Propositione pro decima post Pentecostem Dominica.

De la Volpilliere. Sermones Christiani, sermone pro 18. post Pent. Dominica, ubi sermo est de spiritu humani nequitia, & in parte altera de iudiciis temerariis.

Abbas de Monmorel Tomo 3. Homil. Evangelicarum, Hom. pro Dom. prima post Pent. P. le Jeune Presbyter Oratorii.

P. Segneri Italus Concionator sermonem habet hujus argumenti in Quadragesima.

Sermonum specimina pro Quadragesima feria 3. post Dom. 4. Eadem pro Dominicis Tomo 1. in Domini. 5. post Epiph. Eadem Tomo 2. pro Dominica 10. post Pent. argumento 1.

In Dictionario morali Tomo 3. duo sunt deinceps sermones hujus argumenti, & plures considerationes. In sermonibus moribus non desit sermo hujus argumenti.

Granstensis in locis communibus. Buisser in Panario.

Summa Pradicantium. } Titulo, Judicium Labatha in Thesuro. } Temerarium. Qui colla. dantes edidit. Lohner in Bibl. manuali. }

PARAGRAPHUS III.

Loci, Exempla, & Applicationes Scripturarum huic Argumento.

Si vere justitiam loquimini, recta iudicate filii hominum. Pf. 57.

Mendaces filii hominum in stateris, ut decipiant ipsi de vanitate in idipsum. Pf. 61.

In via stultus ambulans, cum ipse insipiens sit, omnes stultos aestimat. Eccl. 10.

Nolite iudicare secundum faciem, sed iustum iudicium iudicate. Joan. 7.

Ve qui dicitis malum bonum, & bonum malum: ponentes tenebras lucem, & lucem tenebras. Isaia 5.

Nolite iudicare, ut non iudicemini; in quo enim iudicio iudicaveritis, iudicabimini. Matth. 7.

Qui videt scissuram in oculo fratris sui, & trabem in oculo tuo non videt? Matth. 7.

Ut quid cogitatis mala in cordibus vestris? Matth. 9.

Nolite iudicare, & non iudicabimini; nolite condemnare, & non condemnabimini. Luc. 6.

Propter quod inexcusabilis es, o homo omnis, qui iudicas; in quo enim iudicas alterum, teipsum condemnas; eadem enim agis, quae iudicas. Ad Rom. 2.

Non ergo amplius invicem iudicemus; sed hoc iudicate magis, ne ponatis offensiculum fratri, vel scandalum. Ad Rom. 14.

Tu quis es, qui iudicas alienum servum? Domino tuo stas, aut cadit. Ibid.

Tu autem quid iudicas fratrem tuum? aut tu quare spernis fratrem tuum? Ibid.

Nolite ante tempus iudicare, quoadvisque veniat Dominus, qui & illuminabit abscondita tenebrarum, & manifestabit consilia cordium. 1. ad Corinth. 4.

Mibi autem pro minimo est ut a vobis iudicet, aut ab humano die. Ibid.

Si nosmetipsos diiudicaverimus, non utique iudicemur. 1. ad Cor. 11.

Quis hominum scit quae sunt hominis, nisi spiritus hominis, qui in ipso est? 1. ad Cor. 2.

Charitas non cogitat malum. Ibid. c. 13.

Facti estis iudices cogitationum iniquarum, Jacob. 3.

Quid mihi de iis, qui foris sunt, iudicare? 1. ad Cor. 5.

Tu autem quis es, qui iudicas proximum? Jac. 4.

Veteris, Novique Testamenti Exempla.

Amici Job magnam hunc virum in adeo afflictata fortuna videntes, postquam eundem in florentissima fuerant intuiti, cum in tota vitz ejusdem ratione nullam deprehendere potuissent injustitiam, nullumve crimen manifestum, quod tantum dignum videretur supplicio; temere suspicati sunt, tot illa eidem ingruisse mala ob secretum aliquid scelus. Attamen hic erat eorum omnium, qui tunc in terris versabantur, sanctissimus, & cui, Dei ipsius iudicio, nemo par inveniretur; eo usque, ut demoni ostentus quam sincera esset hujus hominis integritas, & fides, illi permiserit, ut hunc probaret honorum, filiorum, & eorum, quae eidem erant charissima, excidio, eumque ad extremam illam redigeret miseria, in qua amici, qui illum convenerant, eum repererunt. Hac autem omnia acciderunt non in scelereum poenam, quemadmodum illi falso iudicaverunt, sed in patientia ejusdem exercitationem, ut mox gloria cumlaretur, & scilicetque omnibus in virtutis exemplar proponeretur.

Amici Job illam mala affectum videntes iniquum de illius virtute iudicium tulerunt.

Saul temere suspecta fuit Davidis fides quantumcumque hie de eodem beneficius esset.

posset injustam, quam imberbat, suspicionem; fidelem videlicet hunc subditum sibi coronam praeripere velle? Sin autem scire fert animus, cui nam rei hac initeretur suspicio post cor fidei, virtutisque David pericula, qui Regni firmissimum erat columen, praesidiumque, & qui toties facto probaverat, sibi gloriam aequae, ac personam Regis cordi esse; tante suspitionis causa fuit ridicula invidia. Sibi perfererat Rex, Davidem sibi praerieri, eumque majori honore, & plaurum exceptum fuisse, cum inter plaudentium laudes, confusae voces triumphans urbem ingrederetur; & ob hanc levissimam causam, quoad vixit non desistit, quominus fervorem suorum fidelissimum tamquam rebellem persequeretur, qua omnes illius actiones, incessus, submissiones, ipsaque merita in corde hac furenti percito invidia, nequaquam suspicione vacabant.

Quid, quae, dixissent, Bethulae cives, si viduantes adhuc etate florentem vidissent lugubri positum indumento, naturali sicut sui formae ea addere omnia, quae a se excogitare possent, ad placendum: si vidissent illam crines unguento delibatos lapillis inspergatos, ornatus ornatus superaddere, ac manduque muliebrem adhibere, ut urbe egressa, atque hoc pacto exornata impudici Imperatoris tabernaculum ingrederetur, melioremque nos pareri ibi sola cum eodem traduceret? Proculdubio qui illam hac faciemem vidisset, asecutus nequaquam fuisset mentem illius, & causam, propter quam hoc facinus aggredere. Et contra vero, qui externa rerum specie, quae statim sese prodit, ferret iudicium, nonne iura illam prostituta libidinis crimine accusari posse conseter? Nonne pudica mulier apud illum iacturam fecisset boni nominis, & gloriae, quam sapientia vitz suae ratione fuerat adeptae? Hoc nihilominus factum fuisset falsum iudicium de generalia Judith sapiensissima, atque castissima totius antiquitatis matrona, adeo verum est quod dicit Apollolus: Nolite ante tempus iudicare; quia externa facti species fallax est, quemadmodum quotidiana docet experientia.

Qui vidisset Iosephum, servulum adolefcentulum, mira oculi forma dcorum, ex impudice dominica orbis auferentem, quae sibi stuprum in illum inferre voluisse clamabat, atque in conatus nefarius testimonium asserti corruptoris sui pallium manu gestabat: Qui vidisset, inquam, adolefcentulum hanc supore, ac timore percussum, illumne eo seelere absolvisset, quo ab infami muliere accusabatur, ut ab illa suam improbe tegeteretur? Sed quicumque hoc iudicasset, nonne deceptus fuisset, licet omnia praedicta contra innocentem pugnarent? Praesumit debet, matronam nobilem, cuius maxime intererat pudicitiae suae quam diligenter curam gerere, nequaquam facinus hoc adeo palam fuisse prodituram, nisi periculum hoc vere passa fuisset; neque ostenturam fuisse pallium, quod praeserebat, nisi exploratum, compertumque eidem fuisset auctum illius, quem accusabatur, & quem insigni affectum supplicio cupiebat. Ceterum cum adolefcentis ille, ea pene in domo dominaretur, omnemque ibi existimationem, atque potestatem haberet, non abhorrebat a fide illum insolentia elatum atqueque libidine eo usque sui oblitum fuisse, ut tantum facinus auderet. Ita omnia praedicta, omnisque facti species in illum pugnabant. At nihilominus domina hac erat infamis, Iosephum in tantum scelus pellicere conata fuerat; Ioseph autem morti maluerat, quam Deum, & dominum suum laedere. Adeo verum est iudicium precepti ut plurimum esse temerarium, nihilque ex simplici specie esse inferendum.

Maria soror Moysis de fratre suo male iudicavit, atque de illius agendi ratione obmurmuravit; Verum Deus fidelis huius ministri causam suscipiens, illam in temeritatis poenam turpi lepra percussit. Summus Sacerdos Heli videns inarem Samuelis ferventi orationi vacantem, illam mero madidam cenitui, eamque sensuum iacturam fecisse arbitratus est, quamquam laborum motus, & corporis status, qui non placuerat Heli, ardentis essent devotionis effectus. Quod iudicium latum non fuit contra innocentem Sufannam secundum turpissimum senum qui ejusdem pudicitiam inferre studuerant, criminationem? Superbus

Alia quam plura temeraria iudicia de vitiis habitis & in scriptura enarrata.

Aman nonne respiciebat Mardocheum tamquam vita indignum, quia sibi non adhibeat honorem, ac reverentiam, quam cupiebat? Nonne perperam iudicatum est de persequente Propheta? & Reges Israel, nonne aliquot eorum persecuti sunt levibus suspitionibus ducti? Verbo, quemadmodum pauci fuerunt viri boni, de quibus homines oblocuti non fuerint; paucissimi aequae fuerunt, de quibus iniquissima, atque inanissima iudicia prolata aliquando non fuerint.

Dicendum sane est, improbitatem cordis Judaeorum, ac praesertim Scribarum, & Pharisaorum in illis mentis lumen obfcurasse, quae semper aequum fert de bono iudicium; nisi specie eorum mali decipiantur, quae fane in Salvatoris moribus, & vita inventiri non poterat. Male semper de illius persona verbis, & actionibus iudicabant; signum manifestum veneni, quod in cordibus eorum latebat & quod paulatim suffocabat, quidquid naturalis reformationis in mentibus eorum remanebat. Qui aequus de hoc Deo Homine sentiebant, eundem tamquam sanctum Prophetam habebant; alii vero, singuli pro libidine sua, ac peculiaribus affectionibus ferebant iudicium. Si cum peccatoribus versabatur, licet sancta semper illius esset conversatio, & non aliud, nisi falsum eorum ab ipso videretur, habebatur tamquam ganeo, qui cum illis conestari, & compositari in deliciis haberet. Nonnulli doctrinam ejus novitatis redarguerunt iuxta corrupti mundi consuetudinem, qui novitatem appellat, quidquid antiquis erroribus, flagitiisque suis adversatur. Alii cum ingenti populi multitudine stipatum intuentes, tamquam seculio sum publicaeque quietis perturbatorem insimulabant. Cum vulgo loquerentur de miraculo xpi nati, cui oculo eorum fuerat elargitus, responderunt: Nos scimus, quia hic homo peccator factus est. Cum Paralycorum post reditum omnium membrorum usum dixit, dimissa sunt tibi peccata tua, iudicantur, atque intra se dixerunt, ipsum protulisse blasphemiam: dixerunt intra se, hic blasphemus. Phariseus, qui illum conversio exceperat, videns Magdalenam illius pedes desolentem, illico cessavit, hunc nequaquam esse Prophetam, qualem plurimi existimabant, alioquin se ab impudica muliere passus non esset attingi. Denique eo usque impudicis, & improbitatis evaserant, ut cum nientia, & manifesta quae ille operabatur, miracula negare non possent, hac secrete epidem cum demone necessitudinem accepta referrent.

Mundi Salvator supremus Dominus noster, qui nobis virtutum omnium reliquit exempla, praesertim vero in iis omnibus, quae ad Charitatem pertinent, pluribus in locis exemplum aequae ac praecipuum nobis reliquit, ne proximum iudicemus & quantumvis haberet jus homines iudicandi; hoc tamen nunquam uti voluit. Cum ad illum adducta fuit mulier in adulterio deprehensa, tantum abfuit quod illum iudicaret, & condemnaret, ut immo aliorum iudicia improba verit, atque corripuerit: qui primus, ait ille, vestrum sine peccato est; hic primus in illam lapidem mittat, ego vero, o mulier, si te nemo damnaverit, neque ipse te condemnabo. Cum Phariseus temere iudicavit de Magdalena, quam tamquam peccatricem, putabat, Salvator hujus causam suscepit, ejusque virtutes laudibus exornavit; quod ipsum praestitit, cum Judas, alique Apostoli in illam succensuerunt, eo quod super Domini caput pretiosum unguenti phialam effuderat. Cum Pharisei damnarent Apostolos, quia non ita crebro, ut ipsi, jejunabant, & quia non abluabant manus antequam accumberent mensae; vel quia elurientes die Sabbathi in agris aristas percipiebant, illos defendit, & corripuit eos, qui ob leviam hac de illis temere iudicabant. Illud vero magis admirabile est, & a nobis singillatim animadvertendum, quod Cruciifixus iplos quoque Judaeos, a quibus adeo male habitus fuerat, & qui actu cruciatibus, quibus afficiebatur, insultabant, excusare conatus est. Non poterat ille excusare Sacerdotum odium, Scribarum, & Pharisaorum invidiam, populi ingratitude, testium falsitatem, Pilati injustitiam, militum crudelitatem: hac enim ita manifesta erant, ut excusari minime possent. Illius charitati nihil luperebat aliud, quam solus cognitionis defectus, qui in ipsis erat de

Falsa, ac temeraria iudicia, quae iudaei fecerunt de persona, & actionibus salvatoris.

Joann. 9.

Matth. 9.

Dei Filius nobis exemplum praebet aequae ac concilia nequaquam iudicandi.

de personæ suæ dignitate. quamobrem hanc adfert Patri suo excusationem, & hac eadem utitur tamquam miserationis prætextu ad gratiam eorum obtinendam, eosque tutandos a pœna, quam meriti fuerant: Pater dimitte illis, non enim sciunt, quid faciunt.

Hoc in argumento Pharisæus Evangelicus proponendus est tamquam infame eorum omnium exemplar, qui temere de proximo judicant. Non noverat ille cor Publicani, quem damnabat, & conjecturis tantum innoxius loquebatur. Illum non nisi propter superbiam, atque nequitiam corripuit atque vituperavit. Vera illi, vel falsa imputavit scelera eodem temporis momento, quo pectus ille suum percutebat, atque in ima Templi parte subfiterat Domini misericordiam imploraturus. Hi totidem sunt caracteres temerarii iudicii, quod vultu sit de illis, qui ob simplices conjecturas, affectu superbie, vel improbitatis, quæ in vituperante magis, quam in vituperato patet, & quæ sæpe falsus defectus, & vitia imputat, condemnantur.

Quis unquam credidisset, Saulum ex primorum Fidelium savissimum persecutore futurum esse aliquando magnum Jesu Christi Apostolum, patronum, & firmissimum Religionis colomen, videns quem ardore, qua ita fideles persequeretur? Nequam erat temerarium iudicium tunc credere hanc perniciosissimum esse Christiani nominis inimicum, & quemadmodum ille seipsum nominat, blasphemum, & persecutorem eorum, qui eum fatebantur, quem ipse deinde Gentibus annuntiavit, & corpus in terris omnibus extitit præco. Illud nequam erat temerarium iudicium; sed præcepit fuisse, eo quod secreta Dei de eodem ignorabantur iudicia. Heu! quis scit, quinam aliquando futurus sit ille, qui habetur hodie tamquam blasphemus, & impius, atque omni scelere, & impudicitiarum generi traditus? Quis scit, utrum ille, quem in reprobum sentium traditum credimus, jam non sit æque ac Sanctus Paulus conversus? Cumque Saulus hic a Deo tactus, & factus agnus, qui furens leo fuerat, Damasum rediit, unde egressus erat, ut novam hanc Religionem exterminaret, quis non iudicaret cum Anania, illum ingressum esse, ut exeret imperium, quod iubeatur victos adducere Jerosolimam quoscumque invenisset his sacris initiatis, atque ut Jesu Christi nomen, cultum, que deleteret? Attamen ingressus erat, ut illum predicaret, ut Judæos confunderet, ut Filium statueret, propter quam deinde fuit crudelissime vexatus.

Pharisæus Magdalenam publicam esse peccatricem arbitrabatur eodem tempore, quo cordis ejusdem contritio, & oculorum lacrymæ eidem peccatorum veniam promitterant. Hoc sæpe faciunt complures Christiani iudicantes, atque damoantes eos, qui se ipsi sunt innocentes, Deoque gratiores.

Judas videns eandem Magdalenam super Jesu Christi caput unguenta non mediocri prestis effundentem, censuit illam agere peperam, eamque imprudentissimæ prodigalitatis nomine infirmavit, sed hujus avaritiæ quædam facere cupiebat, sed pecunia, quæ in ipsius manibus deponi potuisset, potius quam ea in re, quam improbat, impenderetur.

Sanctus Joannes Baptista vitam adeo duram austeramque vivebat, ut neque bibere, neque manducare videretur; verum quid de illo nonnulli sentiebant? Hic, ajebant, demonium habet, alioquin quomodo in tanta abstinencia persistere posset? Jesu Christus vero extrinsecus communera agebat vitam bibens, & manducans quod sibi apponebatur; sed non ideo infanorum censorum notas effugiebat, quorum finis intra se conciliari non possunt: dicunt enim, hunc validam esse compotatorem, Publicanorum, & Peccatorum amicum, a quibus convivio excipiebatur.

Applicationes quorundam Scripturæ locorum hinc Argumento.

Quare persequimini me sicut Deus? Jobi 19. Quemadmodum qui proximum suum iudicat

Exemplum Pharisæi temerarie Publicano iudicantis.

Sauli Christianos autem persequens & mox Apostoli exemplum obtendi nequam temere iudicantem neque de gravissimum peccatorem fuisse esse deservantem.

Alia temeraria iudicia sunt legitima in Evangelio.

Falsum iudicium quod alia occaione tunc iudas de eadem Magdalenam.

Judicia temeraria, & injusta quæ de S. Joanne Baptista, & Jesu Christo facta sunt.

Dei ius invadit, qui de proximo suo male iudicat.

contra mandatum Dei, jura divinitatis sibi quodammodo vindicat, auferens Deo, quod illi proprium est; videlicet corda feruati, ac de futuris iudicandis: ita qui ab alio fere hoc pacto injuste iudicatum videt, nonne dicere poterit quod olim Job amicus suis, qui in hoc vitium lapsi sunt: Quare persequimini me sicut Deus? cuius unius interest eorum nostrorum latebras scrutari, ac de intentionibus nostris ferre iudicium? Illud vobis vindicatis, quod vestrum non est? an necitis iudicem nostrum esse Jesum Christum, nobisque universis ad illius prodeundum esse Tribunal? Hunc esse, a quo decretorum sententiam recepturi sumus, hunc qui actiones nostras vel probaturus est, vel damnaturus, & a vobis fortasse illum damnari, cui Deus pepercit? Quare persequimini me sicut Deus?

Tu quis es, qui iudicas alienum servum? Ad Rom. 14. Tu quis tu, quæsi, quem habes auctoritatem, tu qui aures alieni ferri facta ad examen revocare, & iudicare? Quid tibi negotium fuerit? Dominus suo stat, aut cadit. Relinque heret curam servi illius; si bene egerit vel male; quid ad te? Dominum suum habet & iudicem; vir, non tibi, redditurus est rationem eorum, quæ fecit, & a quo uno vel abolvendus est, vel damnandus? Tu quid iudicas fratrem tuum? aut tu quare spernis fratrem tuum; ait idem Apostolus, fortasse omnibus inferni supplicii eum dignum putas, cui Deus eminentem in Cælo gloriam decrevit.

A fratribus eorum cognoscetis eos. Matth. 7. Quod de publicis intelligentibus est peccatoribus, qui palam vivendi licentiam affectant. De his enim, Evangelium jus nobis tribuit, non iudicandi solum; ubi enim factum vel patet, discusso, & iudicium non habent locum, verum etiam videndi, & cognoscendi illos secundum præsentem dispositionem esse inimicos Dei. In hoc etiam casu abstinendum est, ne quod ad futurum attinet, iudicemus; necisim enim quid aliquando futuri sint; & utrum Deus, qui ex Publicano Apostolum, & ex peccatrice penitentem exemplar efficit, insignes Sanctos facturus sit eos, quos nunc insignis novimus peccatores.

Vani filii hominum, mendaces filii hominum in factis. Psal. 61. Dolosus, mendacisque stater, quibus homines plurimum appendunt, sunt eorum falsa iudicia, quæ profertur conjecturis, ac mendacissimis cognitionibus innixi. Aliquidne specie sola dolosus est? Quot sunt, quorum exterior agendi ratio plurimum imperfectionis designat; & qui intus in anima solidam habent virtutem? Quot et contra vera vitia virtutum fucos, & specie tegant? Quam itaque rem ita se habere nobis compertum, exploratumque sit, nonne est temere iudicium ferre, palam sese in periculum obicere vitium pro virtute, & pro vitio virtutem fumerdi, atque secundum adeo suspectas, dolosæque rationes iudicandi? Nonne temeritas est non ferenda, de secretissimis intentionibus per æquivoca signa, & actiones, quæ ob varias causas fieri possunt, ferre iudicium?

Qui non manducat manducantem non iudicat. Ad Roman. 14. Hoc sapiens est monitum, quod plis hominibus, ac palam pietatem profertentibus tradit; Id genus homines, quemadmodum innere velle videtur Apostolus, facilius minusquam ferunt iudicium de illis, quos remissiores putant vitam ducere, quia vita sua magis austerior est; qui cogitant, Deum non ab omnibus eundem perfectionis gradum exigere, & quin rationem habeant eorum, quibus singuli possunt indigere. Spiritualliter iudicat omnia. Igitur qui non manducat manducantem non iudicat, dicit Apostolus; qui austeram, ac solitariam ducit vitam, non iudicat, vel condemnet eos, qui magis sociabilem vivendi rationem sequuntur, & qui in hominum societate magis versantur, & illi quos vite ratio in mundi huius commercio detinet, non improbet eos, qui in solitudine vivunt. Omnes huiusmodi devotiones, dummodo bene dirigantur, eximie sunt, & qui de illis male iudicant semper periculo se obijcunt injusta, ac temeraria iudicia efficiendi. In nosmet convertimus hunc censuræ spiritum nobis ingentium; defectus nostri latius amplam præbebant ad illum excrendum materiam, quin ali-

Nobis ius non est iudicandi proximum nostrum in quædam nullam habemus jurisdictionem.

Quomodo iudicandum sit de publicis, & mendacibus peccatoribus.

Fallaces factores quibus homines provinciantur appendant.

Apostolus S. Paulus palam commendat ne de quopiam temere iudicetur.

1 ad Cor. 13.

bi inquiratur. Hoc significat allatum Sancti Pauli consilium.

Charitas non cogitat malum. 1. ad Cor. 13. Ad auferendas suspiciones omnes levibus causis innixas, omniaque temeraria iudicia, memoria rependenda est eximia qualitas illa, quam S. Paulus imperit charitati; Charitas non cogitat malum. Charitas in alienis actionibus nihil mali suspicatur; omnia in æquiore partem interpretatur, oculos habet columbas, hoc est puros, simplices, & innocentes, neque alios tribuere potest animæ Deo placere cupienti. His utamur oculis aliena facta inspicendi; assuetiscamus æquos habere sensus de alienis meritis; in pretio, si fieri potest, habeamus bonas aliorum qualitates; difficilia enim est, nullas perire, si benignis oculis intueamur. Quod si nihilominus gravibus quibusdam defectibus aliquis scatur; non ideo tamen illum honore excipere, ac revereri celsissimus, non propter defectus, sed propter ea, quæ eidem bona insunt, quæ eo in iudicio, & eximiatione, quam de illius persona habere debemus, superare debent quidquid in ipso vitiosum, & imperfectum deprehenditur.

Iustum iudicium iudicate. Joan. 7. Deus non prohibet absolute, ne de proximo nostro iudicemus, dummodo iustum profertur iudicium: Iustum iudicium iudicate. Sæpe enim cogitur eos cognoscere, cum quibus agimus; prudentia petit, ne omnibus nosmet credamus; & in hac bonorum, malorumque immixtione, in qua vivimus, Deus ipse præcipit, ut alios quidem fugiamus, cum aliis vero necessitudinem ineamus. Quomodo vero illos dignoscere possumus sine discretione? Hæc autem discretio, quomodo potest fieri sine iudicio? Hæc omnia vera sunt; Verum distinguendum est quæ sapiens, & prudens iudicium a temerario, inter quæ facile patet discrimen. Prudenter iudicamus, cum hoc nobis persuasum est ex certis factis, ex frequenti experientia, & ex bonorum, chordatorumque viatorum iudicio; sed temerarium efficiamus iudicium, cum levibus conjecturis, ineptique suspitionibus nitimur.

PARAGRAPHUS IV.

Loc. & Sententiæ Sanctorum Patrum huius Argumenti.

De occultis alieni cordis temere iudicare, peccatum est; quid enim sit in corde videre non possumus. August. lib. de vera innocent. c. 21. Malus homo iudicat in alio quod sentit in seipso. Idem, in Epist.

Nonne iniquum est ut quis de alio iudicare velit, & de se iudicare nolit? Epist. 174.

Temerarium iudicium plerumque nihil nocet ei de quo temere iudicatur, ei autem qui temere iudicat, ipsa temeritas necesse est ut nocet. Idem, de Serm. Dom. in mont. l. 2. c. 29.

Curiosum genus hominum ad cognoscendam vitam alienam, desidiosum ad cognoscendam suam. Idem l. 10. Confess.

Non se multum dolet errare charitas, cum bene credit eam de malo. Idem.

Omnibus cavenda est suspicio, quæ est venenum amicitie. Idem, l. de Amicit. c. 24.

Non in quacunquam laudanda, vel vituperanda, temere irruamus. Idem, lib. 22. contra Faustum, cap. 16.

In iis rebus, quæ possunt & bono animo fieri & malo, iudicium Deo dimittamus; nec audeamus de alterius corde, quod non videmus, ferre sententiam. Idem, super Epistolam ad Rom. Propos. 79.

Temerarius iudicium plena sunt omnia. De quo desperavimus, subito convertitur, & fit optimus; de quo multum præsumimus, subito deficit, & fit pessimus. Idem, Serm. de Pastoribus.

Li maxime temere iudicant, qui magis amant vituperare & damnare, quam emendare & corrigere. Idem, lib. 2. de Sermone Domini in monte.

Ubi mihi animus hominis ignotus est & incertus, melius arbitror meliora sentire, quam inexplorata culpæ. Idem, lib. 1. de Origen. anim. cap. 2.

Maxima pars generis humani, indiscretio iudicio, ad reprehendendam prompta & parata esse probatur; cum tamen non ita se velit ab aliis iudicari, quomodo vult alios iudicare. Idem, Serm. 102. de Temp.

Houary Bibl. Tom. II.

Suarum actionum negligentes, sunt aliorum proci libertate censores. S. Prosper, lib. 2. de Vita Contempl.

Teipsum respice, tu qui alios iudicas, esto aliquando tui iudex. S. Cyprianus.

Spernentes hominum iudicia, nec laudibus eorum extollamur, nec obsecrationibus contristemur, Hieronym. in Haimam, l. 1. c. 3.

Si unquam de proximo iudicet, quid Deo servamus? Idem.

Quanta laude dignus error edicet de male factis bene iudicare. S. Paulinus.

Charitas non cogitat malum, id est, ignoscit iis qui errant, existimans ea non esse facta malo animi proposito. Theodoret. in hunc locum Apof.

Cæcitate oculi in iudicium impingent. Tertull. in Apologetico.

Quid nobis iniustus esse potest? Nolimus in nobis rectum agnoscere, & de aliis audeamus usurpare iudicium. Salvian. l. 3. de Gubern.

Sic alios iudica, ut ipse ab eis iudicari cupis insulas.

Neque si oculis tuis peccantem videris, condemnes; nec illis credas, sæpius enim falluntur, & ipse Joann. Clim. Gradu 10.

Sua cæcus ad crimina, ad aliena errata perluet. S. Chrytolog.

Necesse est eam formam in te redire iudicii, quam in alium ipse decernendam putaveris. Ambr. in Platm. 118.

Vult fieri iudex alienam culpam, qui gravatur pondere suarum. Gregor. in Ezech.

Superbi tanto infensius de alienis iudicant, quanto sua profundius ignorant, Idem, ibid.

Humane mentis proprium est, hoc sibi fieri suspicari, quod facit. Gregor. l. 54. Moral.

Ad profertendam sententiam, nunquam precipites esse debemus, ne temere indiscreta iudicemus; ne quilibet audita nos moveant, & ne passim dictis sine probatione credamus. Idem, l. 19. Moral.

Quantum vos in bono profectis, tantum bona etiam in aliis sentitis. Idem, libr. 6. Epistolat. Epist. 24.

Sicut difficile aliquem suspicatur malum, qui bonus est, sic difficile aliquem suspicatur bonum, qui malus est. Chrylolt. super Matth.

Cave aliena conversationis esse aut curiosus explorator, aut temerarius iudex. Bernardus super Cantic.

Excusa intentionem, si opus non potes, puta subtractionem, puta casum. Idem, ibid.

Iudicare est impudens direptio divina dignitatis; condemnare autem, anime propriæ interitum. Idem ibid.

Cum vides aliquid quod tibi displicet, vide si hoc est in te, & abscinde: si vero vides aliquid quod tibi placet, vide si hoc est in te, & tene, & si non est, assume. Idem, in Document. 1.

Durum est, ut qui nescit temere moderamina vitæ suæ, iudex fiat aliene. Gregor. in Eccli.

Duo sunt in quibus temerarium iudicium cavere debemus; cum incertum est quo animo quid factum sit, vel incertum est qualis futurus sit, qui nunc vel bonus, vel malus appareat. August. de Serm. Dom. in monte.

Occulta pestis (temerarium iudicium) sed gravissima, quæ Deum fugat, & fraternam lacerat charitatem. S. Bonav. in stilulo amoris.

Qui seipsum prius non iudicat, quid in alio ferum iudicet, ignorat. Gregorius lib. 14. Moral. cap. 13.

Iudicet ille, qui non agat eadem, quæ in alio putaverit punienda, ne cum de alio iudicat, in se ferat sententiam. Ambr. super Plal. 118.

Si tam acri cura nostra examinarem, quemadmodum aliena, sincera, integraq; iudicarem; sententia? Chrylolt. Hom. 37. super Matth.

Leviora fac aliorum pondera, ne in eadem damnationis trutinæ actiones tuæ deprimentur, quando vita nostra tamquam in lance Dei iudicio examinabitur. Gregor. Nyssenus, in eos qui iudicant alios acerbe.

PARAGRAPHUS V.

Quid ex Theologie penu hoc in argumento possit deprimi.

Temerarii iudicii de- finitio.

De 2. q. 60. art. 3.

Utrum temerarium iudicium lethalis sit noxa, an tantum venialis.

Unde ori- tur in no- bis teme- rarium ju- dicium quod de aliis faci- mus.

Ambigua ne scilicet proximo iudicia semper in equitatem partem sunt interpretanda.

Bilariam temere ju- dicari po- test.

Art. 1. 2. de Scru. Dom. in morte.

Judicium fallum potest non esse teme- rarium.

Sanctus Thomas, notaque melioris Theologi hac in re consentiunt, temere iudicare esse pravam concipere iudicium de proximi actione ex levibus tantum iudiciis & propter causas, quae neque satis valide habentur, nec iuste. Quia in re animadvertendum est, Sanctum hunc Doctorem, & alios pro temerario iudicio nequaquam intelligere simplices cogitationes, immo neque involuntarias suspiciones contra proximum, quae mentem occupant, quin fere hoc illa sentiat; sed certum, firmumque iudicium, quod animo sit deliberato, ac libera voluntate, & quod efficit, ut illius, de quo iudicamus, existimationem, quam habebamus, amittamus.

Ecce quid doceat Sanctus Thomas de qualitate peccati, quod committitur temere de proximo iudicium ferendo. 1. Iudicium conceptum levibus iudiciis, quae efficiunt ut de aliquo probitate iudicemus, ita tamen ut minus determinatum de illius improbitate opinionem habeamus, peccatum est, sed veniale duxerat. 2. In autem iudicium firmum, vel existimatio in animo nostro concepta de aliena improbitate levibus tantum iudiciis, vel conjecturis insillit, in re non mediocri momenti mortale peccatum est, quatenus hoc iudicium procedit a contemptu, quo proximum nostrum spernamus.

Opinio, quam habemus, vel iudicium, quod facinus de alienis vitis ex triplici fonte oriri potest. Primus est nostra nequitia, propter quam facile iudicamus alios nostri similes esse, vel saltem illos nobis nequaquam esse meliores. Alter est prava dispositio, in qua sumus erga alios, qualis est contemptus, odium, invidia, ira, vel aliqua affectio. Tertius est diuturna rerum experientia; quamobrem senes maxime suspicaces sunt eo quod hominum improbitatem experientia docti didicerunt. Haec abs re puto etiam itic animadvertere tres suspicionis gradus, per quos ad iudicium temerarium devenitur. Primo quidem incipimus dubitare de aliquo probitate levia tantum iudicia nacti; sed opinio haec nondum firma, & constans est; altero iudicamus, proximum narium aliquid facinus perpetrasse, idque haud haesitant, sed cum certitudine, & firmitate; quin tamen illud damnare audeamus; Tertio tandem certum iudicium ferimus de aliena improbitate levibus acti conjecturis, eamque mox iudicio nostro damnamus.

Ambigua aliena improbitatis iudicia, semper, Sanctus Thomas docet, in equiore partem sunt explicanda; hoc enim supposito, quod probationes, quae alium nequitiae insimulant, nobis nequaquam persuadent, semper aequivoce remanent, vel cum satis solidae nequaquam sint, ut facti veritas luce meridiana clarius probetur, illum damnare non possumus, quin eidem inferamus injuriam, eumque contempnamus, bonam ei denegantes opinionem, quam de illius persona habere debemus, & quam a nobis exigere potest; cum iustitia, & charitas hac in re velit ea, quae dubia sunt in meliorem accipi partem.

Operis pretium est animadvertere iudicium temerarium bilariam posse fieri; primum cum res pro qua proximum iudicatur, atque damnatur, incerta quoad veritatem quae neque certa, neque constans est, sed tantum quorundam hominum, qui non satis fide sunt digni narrationibus innixa. Secundo cum materia, vel actio, propter quam ad aliquem damnandum procedimus, ex iis rebus est, quae indifferentes habentur, & quas S. Augustinus bonum inter & malum medias appellat; sed quae in hac, illamve inclinant secundum spiritum, rationem, & intentionem agentis. Priori modo dubitatio est ex parte facti quod satis certum non est; posteriori vero dubitatio est ex parte iuris, quod obcurum, & ambiguum est in altero incertum est utrum actio contigerit, in altero vero, utrum actio mala fuerit; at neutro bique fas est cum proximi detrimento decreto- riam ferre sententiam.

Iudicia quae de persona, vel actionibus alie- nus sunt, cum validis insistant rationibus, & quae humanitus persuadent, temeraria non sunt, non

enim innituntur conjecturis, quae leves habeantur; sed possunt, absolute loquendo, esse fallacia, falli enim possumus, & res aliter habere se potest. Itaque quodcumque iudicium, quod veritati conforme non est, non semper est temerarium, & injustum; ac pro tali tunc solum habendum est, cum probationes, quibus incumbit, mo- ralem non habent certitudinem. Illud tamen ve- rum est, probationem quae humanitas certa vide- tur, nonnumquam fallacem reperiri, ideoque ei- dem absolute ita inharendum non esse, ut illi ple- na certitudo tribuatur.

Iudicium quod de aliquo fit propter explorata, compertaque scelera, licitum esse potest; quippe Dei Filius in Evangelio nos docet rationem pro- bos ab impiobis dignoscendi ex operibus eorum, quae videntur extrinsecus, quemadmodum de ar- boris qualitate ex fructibus ejusdem conijcimus. A fructibus eorum cognoscetis eos. Nihilominus cum sapientis sit bene iudicare, melius est abstinere a iudiciis, & perfectius est pro virili excusare, & criminis gravitatem imminuere, & ubi hujusmo- di occasiones adfuit, uti cognitione, quam nobis permittit Evangelium, magis ne sequamur, & imitemur, quod damnabile iudicamus, quam ut de eodem absolute feramus iudicium; cum enim iudicium fertur, semper imminet periculum, ne rem dubiam pro certa, obscuram pro manifesta sumamus, vel iudicium feramus cum indignatione, contemptu, vel aliquo vindictae motu, quod optimas quaslibet actiones vitiosas facit. Tunc igitur satis esse debet in eis iudicium, quae manifesta videntur, iudicare, & damnare peccatum, Deo vero peccatoris iudicium relinquere.

Fieri potest, immo saepe contingit, ut iusta ad- sit occasio diffidendi de aliquo, & satis valida occurrant indicia, propter quae merito aliqua de eodem nobis oboriatur suspicio: exempli gratia, aliquid a servo sublatum fuisse. Hujusmodi in oc- casionibus certum est, posse quiescere sibi cave- re, necessarias habere quaestiones, ut facti veritas constet; verum nihilominus iudicium proferendum non est, quia non satis certi sumus de facto, ne- que imitandi sunt heri quidam, qui ob leves sus- piciones palam affirmant, servos suos furatos fuisse, atque ita aperte iudicant, ut maxima cum iniustitia illos pacta mercede fraudent, quia satis certi sunt hanc se illis debere, at certi non sunt, utrum quod sibi deest, a servis fuerit sublatum. Hoc ipsum dicendum est de illis, qui ob leves sus- piciones palam affirmant, servos suos furatos fuisse, atque ita aperte iudicant, ut maxima cum iniustitia illos pacta mercede fraudent, quia satis certi sunt hanc se illis debere, at certi non sunt, utrum quod sibi deest, a servis fuerit sublatum. Hoc ipsum dicendum est de illis, qui ob leves sus- piciones palam affirmant, servos suos furatos fuisse, atque ita aperte iudicant, ut maxima cum iniustitia illos pacta mercede fraudent, quia satis certi sunt hanc se illis debere, at certi non sunt, utrum quod sibi deest, a servis fuerit sublatum.

Iudicium temerarium ex numero eorum actio- num est, quae essentialiter male sunt, & quae ob quosdam circumstantias excusari non possunt; quia directe opponitur aeternae iustitiae. Hoc tamen peccatum variis potest gradus admittere, & mo- do magis esse, modo minus pro objecti sui quali- tate, & causis, ex quibus oritur, & effectibus, quos producit. Obiecti qualitas illud arguet, vel imminuit; etenim quo majoris momenti sunt res, eo cautius de illis est ferendum iudicium; ideo- que nocentior est, qui de illis temere iudicat. Causa, ex quibus oritur, illud plus, minusve ma- gnum efficiunt, quia ignorantia, quae illius comes est individua, plus, minusve nequam est pro va- rietate causarum, a quibus producit, & quae long- inter se possunt differre. Labimus nonnum- quam simpliciter ob nimiam festinationem, quae efficit, ut pro certa quod incertum est, sumamus. Nonnumquam obstatum in sententia nostra animus prohibet, ne factum ad examen revocemus ea cura, quae ad erroris veritatem dignoscendam esse necessaria. Sed vulgarissimus huiusmodi igno- rantiae, quae semper cum temerariis iudiciis cohaeret, fons est nequitiae, & particulare odium, quo eos persequimur, de quibus hoc passio iudicamus.

Temeraria iudicia fontes sunt eorum, quae di- citimus, preventionum, vel potus preventiones non aliud sunt, quam temeraria iudicia, quae sunt de spiritu, dispositione, vel intentionibus aliorum, quibus nos preoccupari sumus; nam huius nul- lus invenitur pidor, qui delineandam suscipere vellet alieus imaginem secundum eam descriptio- nem, quae obiter eidem traditur, nos contra saepe nobismet singimus aliorum imagines secun- dum

Nefas non est de ma- nifestis re- bus ferre iudicium, sed aliis, nere meli- us est. Matth. 7.

Quid fa- ciendum cum iusta subest cau- sa diffiden- di de ali- quo.

Judicium temerarium per se ma- lum est.

Judicia temeraria sunt pra- ventio- num cause.

Temere ju- dicat, qui de aliorum intentionibus iudicat.

De iudiciis quae ex aliorum narratione feruntur.

Judicium temerarium suapte in- genito mor- tale pecca- tum est, & quod obit, ne tale sit.

De quo teme- rarii iudicii ne- quicia con- sistit.

Ad Rom. 4.

Sola teme- rarii iudicii notio peccati ius enormitatem ostendit.

Quinam peccati ceteris magis ex- positus sint temerariis iudiciis.

dem inconsideratos hominum sermones, vel se- cundum perfundiorum actionem aliquam: & hac idea tamquam clavi utimur, ut omnem eorum vi- vendi rationem metiamur, & veluti norma qua- dam, ut cum illis agamus.

Nulla sunt iudicia aequae palam temeraria, ac il- la, quibus aliorum rationes, atque intentiones pe- netrare contendimus; praesertim vero cum aliquis illis appingimus, quas ipsi dissentunt; immo etiam affirmare possumus in hujusmodi iudiciis nonnihil inesse Deo magis contumeliosum, quam in aliis, quia ille peccatissime sibi reservatam voluit cogni- tionem secretorum cordis, quam neque demoni- bus, neque Angelis ipsis tribuit.

Injustum proleto est absolute iudicio statueri alicquem nocentem esse, ex iudiciis quibusdam, quae certa non sunt; sed neque certe innocens iudicari potest, cum in illis satis validae pugnant conjecturae, quae nulla re diluantur. Eorum autem, qui sinceri habentur, narrationes, tenent locum conjecturarum, necessario igitur mentem tenent in accipiti, quo in statu qui est, nequa- quam prohibetur agere secundum hunc statum; quamvis minime liceat hoc in statu absolute ferre iudicium.

Iis, quae a nobis allata fuerunt, innixi princi- pium docent omnes Theologi, temerarium iudicium esse mortale peccatum ex se, atque natura sua, non secus atque obtrudat, cuius ut plurimum causa est, quod tamen (non secus ac ubi de re- liquis mortalibus peccatis sermo) intelligendum est, cum de re magni momenti agatur, cum plena adest deliberatio, ac rationabilis causa, propter quam ita iudicetur. Si enim temerarium iudicium circa res minoris momenti versetur, veluti cum proximi existimatio non admodum gravi vulnere leditur, huius nequitia iudicii ad mortalem usque noxam nequaquam videtur procedere. Ad haec opus est, ut homo sui fit compos, & quod agit, consideret; atque ut sit grave peccatum requiritur adhuc, quod iudicia quibus hoc iudicium ini- titur, levia sint, futileque rationes. Ad haec cum actio per se in neutram partem inclinat, temerarium est inde malam erueri velle illationem, nisi plures simul circumstantiae probabilissimam ra- tionem efficiant.

Temerarium iudicium semper est injustum, non solum quod proximo auferit existimationem, quam de illo habemus, & ad quam jus habet, donec se eadem minime praeiudicium indignum actionibus, quae palam sunt male; verum etiam 1. Quod hoc est iudicare sine auctoritate, & sine legitima potesta- te, atque Dei ipsius iura invadere, quemadmodum Apostolus inquit. Tu quis es, qui iudicas alienum servum? Domino suo stat, aut cadit; 2. sine necessitate, quia id genus iudicia nemini de- bentur, & nemini sui est eadem exigendi; 3. sine cognitione; nemo enim proximi sui intentionem potest scrutari; 4. sine teste, atque sine persuasio- ne, quia nemo est, qui certum testimonium per- hibeat; 5. sine ordine contra omnes divinarum, humanarumque legum regulas, quae numquam pa- tiuntur, alicquem privata auctoritate contra proximum suum fieri iudicem simul, & adversarium. Hoc denique est damnare sine iustitia contra omne jus, & fas de illis, contra quos neque probatio- nes, neque cognitiones habentur; quodque magis deplorandum est, & frequentius accidit, homines vitii conquinati seipso alienorum defectum se- veros constituant.

Notio, quam Sancti Patres, atque Theologi trad- unt de temerario iudicio, vel una ipsa per se sa- tis huius peccati enormitatem ostendit. Hoc ju- dicium est, non simplex cogitatio, in quo animae nimis religiose decipi possunt; iudicium est, non simplex suspicio, licet suspicionem aliquando pec- catum esse posse non negem. Iudicium est teme- re prolatum, quia cum sufficientes adfuerint ratio- nes, iudicium temerarium non est, licet esse possit fallum. Hoc igitur iudicium est sine causa, & si- ne ratione latum in proximi prauiudicium, atque detrimentum, quod sufficit ut innotescat, quan- toper charitati peccatum hoc opponatur.

Ut melius agnoscat, quinam sint temerario- rum iudiciorum rei, animadvertendum est tripli- cem esse hominum speciem, qui pra caeteris par- ticularibus mortalium iudiciis patent, propter hoc hominum studium, quod suapte ingenio feruntur, ut in malam partem ferant iudicium. Primi sunt viri boni, quorum probitas, & virtus perspecta

est; non enim desunt censores, qui virtutem hy- pocritis nomine insimulant, & qui de eadem pra- varia cordis sui affectione dijudicant. Alii sunt illi, quorum vitae ratio non fallit; eadem enim humani cordis improbitas praesumit in illis abita- temper latere vitia, quae parum aequae ac virtutes eorum agnoscantur. Tertii illi sunt, quorum vi- tia, atque flagitiosum vivendi genus omnibus pa- tent, & erga tres has hominum species, Iudex supremus hoc nobis tribuit preceptum, quamdam veluti omnium iudiciorum normam: *Iustum iudi- cium iudicate.* Non enim ait, omnino iudicandum non esse, sed iustum esse iudicium iudicandum.

Ut plenam peccati huius cognitionem habea- mus, tres veluti gradus cum D. Thoma sunt di- stinguendi; primus est, de proximi virtute ambi- gere; alter de eadem male suspicari; tertius iudicari. Primus fit, cum visis hinc inde rationibus in accipiti haeremus, quin in alterutram partem inclinemus. Suspicio paulo magis in partem levem inclinat; cum videlicet prioris sumus ad malum credendum, quin illud tamen asseramus. Tertius gradus, perfectum videlicet iudicium est, cum rem pro certa, atque indubitata asserimus. Quamvis in singulis huius gradibus aliquid malum minime desit, plus tamen in altero est, quam in primo; suspicio enim semper in malam partem inclinat; licet haec suspicio nondum fit efformatum iudi- cium. Tertius gradus adhuc est utroque nocenti- or, quia non est dubitatio, vel simplex suspi- cio, sed apertum iudicium, in quo substitutum, & quod in mente nostra est quodam veluti decre- toria sententia, & irrevocabilis.

PARAGRAPHUS VI.

Delesti ex Aeteticis, repentioribus Consonatori- bus loci huius Argumenti.

SI mortalium nemo proximi sui cor potest cog- noscere; si ipsa etiam Ecclesia licet Jesu Chri- sti numine afflata illius cognitionem non habet, & de eodem non iudicat, quanam de causa con- tenditis haec vobis lumina adeste, atque super haec iudiciorum, ac decisionum vestrarum certitudinem constituit? Quanam haec est species iudicii, ubi omnia occulta sunt, & nihil certum? ubi omnia ambigua sunt, & nihil manifestum? ubi omnia tenebris involuta sunt, & nihil lucis expositum? Quanam iudicii species, ubi qui iudicatur, indi- cta causa damnatur, quin illi tempore sese excu- sandi praebeatur, quin ille de rei veritate inquirat, quin ad examen vocentur, atque ponderen- tur rationes, quae illum vel onerare possunt, vel absolvere? *Joly Tomo 3. Propositionum pro decima post Pentecosten Dominica.*

Horum temerarium iudiciorum iniustitia in hoc praesertim apparet, quod sese illis immiscet affectus, qui prohibet, ne aequum iudicium feratur. Quid efficit, ut Pharisaeus adeo male logua- tur? Superbia, bona, quam de se ipso habet, opi- nio, atque in commentitiis virtutibus suis confi- dentia. *In se confidebant tamquam iusti, & asper- nabantur caeteris.* Secreto sibiimetipsum complacet, & quemadmodum naturae, & fortunae talenta di- visa esse non possunt, minime credit se melius su- perbia lux satisfacere posse, quam si alios contem- nat. Anima, quae sine aegritudine, sine proce- cupatione, sine amoris proprii motu loquitur, quos tantum respicit delectus; vel si sibi me per- suadet, se nequaquam labi in aperta flagitia, in qua nonnulli labuntur, videt etiam se nequaquam possidere tot perfectiones, quot in supremo gradu in aliis elucet. *Idem.*

Iudicium quod fers de proximo tuo, aperta est Temerarii iudicium est divini iuris usurpatio. Proximum tuum estne sub iurisdictione tua? & quia fronte superbia tua il- lum sententia, ac libidini tuae submittere cupis? illum iudicas, verum quoniam tibi haec contulit auctoritatem? Numquid Deus? *Domino suo stat, aut cadit.* Coram illo vel stat, vel cadit, coram illo redditurus est actioem suam rationem, & Deus qui cordi habet iura sua, te in eorum partem vocare non vult; sed quod illius tibi ne- gat iustitia, hoc tibi tua superbia, tuusque affectus usurpat. *Idem.*

Ex pravo hoc studio temere de aliis iudicandi, plures perniciosi effectus oriuntur; praesertim vero christiana charitatis iactura. Ex quo nobis male- audit proximus, illum amare cessamus, Casti- do- Ffff 2

Item. 7.

Varij gra- dus iudicii temerarii.

Quam In- quisitio de aliquo in iudicio parte iudi- cium.

Judicium temerarium ut plurimum oritur ex inordinato aliquo af- fectu.

Judicium est divini iuris usur- patio.

ad Rom. 14.

Temerarii iudicium exipit charitatis iacturam.

pus inquit; qui hac de causa suspiciones, & temeraria judicium Amicitie venenam appellat. Fratrem tuum intra te improbas? jam exuis amorem illum, quem bona existimatio de eodem concepta pepererat; cumque ille maxime gaudeat apud te aequae ad apud alios bene audire, hinc conijce quantam eadem inferas contumeliam. Idem.

Hoc autem judicium coram Deo magis criminofum fit, cum de bonis aliorum actionibus perperam judicatur; exempli gratia si quis extrinsecus aliqua pietatis editi iudicia, illum tanquam hypocritam conaris traducere. Quid fecerat Publicanus, ut adeo contumeliosam Pharisaei in se censuram converteret? Scriptura nullibi de illius confessionibus, aliisve criminibus verba facit. Sed quid adu faciebat quod tantam mereretur injuriam? Faciebat id, quod ipsi faciendum erat, ut vir bonus haberetur, vel ut veniam consequeretur, si antea vita flagitiosa fuisset. In ima Templi parte subsisteret, nec oculos quidem in Caelum audebat attollere, pectus suam percussit, atque Dei misericordiam precibus fatigabat: Deus propitius esto mihi peccatori. Alius quilibet praeter Pharisaeum, cujus spiritus, & cor nequam fuisset corruptum, dixisset: hic bonus est homo, qui ductus patratorem criminum poenitentia a Deo veniam deposcit. At superbus hic Pharisaeus prorsus aliter judicat, eodem momento, quo Publicanus humilitate, dolore, aliisque religionis signis prorsus oppositis illi sensus debet immittere. Quid ergo dixisset, si illum vidisset primas in templo sedes appetentem, vel si minus decore habitus corporis illum stantem vidisset ingentis? Eum videt in humilitatis, & poenitentiae statu, in infimo Templi loco, illius audit gemitus, & suspiria, & tot licet praebet conversionis indicia, illum tanquam improbum hominem reputat. Idem.

Dei Filius admonuit, se non venisse ut mundum judicaret, sed ut illum salvaret: Non enim misit Deus Filium suum in mundum, ut judicet mundum, sed ut salvetur mundus per ipsum. At Filius ita egit, num major aliqua nobis auctoritas adest? Et si ille cum a Patre omnem recepisset potestatem, quae ad iudicandum requiritur, hoc uti noluit, quae fronte iustitiae tempus praereteremus nos, qui omni iure sumus destituti? Quia fronte, inquam, praereteremus tempus illud, quod Deus ipse patienter se expectaturum profertur, ut de hominum iustitiis diiudicet? Cum accipere tempus, ego iustitias iudicabo. P. Bourdaloue in primis sermonibus sub ejus nomine editis, Sermo in pro feria tertia post quartam Quadragesimae Dominicae.

Maximum, quod in temerario iudicio occurrit malum, hoc est, quod videlicet reipublicae ordinem, atque aeternam subvertit; quod efficit, ut subditi non vereantur superiores suos, neque fratres fratrum suorum ullam habeant rationem; quod malum quod ubique regnat, licet ubique damnetur, atque puniatur. Neque ipsi Regibus diademata reddimus, neque insulatis Domini ministris pareat. Nequaquam dicit Deus: Nolite tangere Christos meos, & in Prophetis meis nolite malignari. Nequaquam prohibet, ne terrestribus bisce nimis obsecratis, & ne praecceptis, pravumque iudicium de principibus populi efficiamus: Diti non detrahes, & principibus populi non male loquaris. Nequaquam hinc ille vetat; prurigo, quam habemus de rebus omnibus loquendi, omnia censoria nota perstringendi, efficit, ut nemini parquam se se iudicemus de re quacumque, perator numquam iudicare voluerit causam quorundam Episcoporum, quos legitime damnare, ad vituperandum poterat, testatur et contra se male prorsus opposita ratione quoscumque nostris censuris submitimus, quamvis sexcentis in rebus ab illis superemus. Idem.

Quoscumque accidit, quoscumque nobis adit curiositas cognoscendi virtutes, vel defectus fratrum nostrorum; quancumque proclivitate in hac iudicia nobis corrupta tribuat natura, semper ad hoc Jesu Christi praecceptum redeundum est: Nolite iudicare, ut non iudicemini. Ne eam vobis auctoritatem vindicatis, quae vestra non est, ne vobis experiendi sint tristes effectus illius severi iudicii, quod fiet in eos, qui sine iure, & sine

miserecordia iudicaverint; Nolite iudicare, ut non iudicemini. Idem.

miserecordia iudicaverint; Nolite iudicare, ut non iudicemini. Idem.

Hominum iudicia temeraria sunt, ideoque a Deo reprobanda; quorsom? Quia nullum certitudinis habent gradum, nullam solidam rationem, cui possint inniti; etenim ut scripturae verbis utar, illi hominum vani sunt, & mendaces in statibus suis, ut seipos decipiant, & bonam amittant opinionem, quam habent de fratribus suis, atque ut mox alios quoque decipiant. Quid ergo requiritur, ut hac iudicia legitima ferant, hoc videlicet, quod de rebus ex earum essentia iudicaremus, ne cortici tantum nequaquam haerereamus; ut ea tantum spectaremus, quae sunt manifesta, quae manifesta non sunt, scrutaremur, atque ut cum aliis pro illis quidem bonam, pro nobis malam pra nobis ferremus opinionem. Hoc si ita esset, sanum iudicium proferremus; sed in decisionibus nostris omnino caeci sumus. Idem.

Aequumne proferri iudicium, qui de rebus iuxta earum species, & conjecturas iudicatur? Quot videmus, qui cum extrinsecus imperfectioribus sciatere videantur, intus tamen frugi, bonique sunt? Quos videmus, qui sine dissimulatione, hypothesi, & absfectione agentes ea faciunt, quae nobis mala videntur, & quae tamen in oculis Dei laudabilia sunt, & cum virtute conjuncta? Hac de causa vetat Salvator ne secundum rem speciem iudicemus, sed ut rectum, & aequumque iudicium feramus. Nolite iudicare secundum faciem, sed iuxta iudicium iudicate. Idem.

Mira saeculi corruptio! De aliis sine aequitate iudicamus; de illis iudicamus non secundum bonas eorum actiones, sed secundum eas, quae nobis mala videntur; de illis male iudicamus, quia rebus nostris non student; inde oriuntur suspiciones, inde obsecrationes, inde censurae, inde aliorum quidem praerelationes, aliorum vero repulsa; sed eum, qui rei nostrae utilis est, hunc magni facimus, hunc diligimus, hunc in pretio habemus, & cum hac utilitatis nostrae ratio nos excacat, omnia simulamus, & nosmet exhibemus universa longe aliter, ac sunt &c. Idem.

Judicium temerarium omnia praeredit; frustra in homine virtutes nitent; si devotus est, hypocrita dicitur; si rei familiaris intentus, & frugi, avarus vocatur; si quid pauperibus erogat, prodigius habetur; si dimittit iniurias, ignavus, & inerts appellatur; si Dei zelo successus in eos invehitur, qui illius Templum pollutum; infans, & infans furens creditur; si sincerus est, simplex putatur; si legit, quod recandum est, subdolos, improbus, dolosus, dissimulatus existimatur: adeo nihil effugit notam improborum censuram de rebus omnibus iudicantium. Idem.

Magnam secretum evitandi aliquando iudicii Dei hoc est, nunquam temere iudicium proferre: Nolite iudicare, & non iudicabimini. Quid dicemus Deo de hac improbitate, quae adeo temere fratres nostros iudicamus? Quid illi respondebimus, propter ambages illas, atque circuitus, quibus uti sumus, ut iudicia nostra probaremus? Quid illi dicemus pro illis omnibus, quos sefellimus, & qui nostrum seculi exemplum & ipsi temere iudicarent? Quodnam jus nobis erat, ut hoc pacto iudicaremus? Tunc igitur obstruendum erit os meum, quin aliquid responderem valeam; & postquam alios iudicaverim, meipsum iudicabo, & accusabo, quod in hanc infantiam ceciderim, ac talia iudicia protulerim. Idem.

In his temerariis iudiciis quadam adfunt profunditates, quae penetrari non possunt; ex abyfso in abyfsum fit lapsus; & ex hac in aliam. Ex temerariis iudiciis proficiuntur inimicitiae, obsecrationes, iurgia, iniustitiae, caedes, aliaque quamplurima mala, quorum experientia nimis funesta est. Opus est ergo, ut qui de aliis iudicat, in iudiciis suis sit moderatus, & parcat proximo suo, ut sese iis rebus nequaquam immisceat, quae ignorat; quia hoc temerarium iudicium est sine iure, sine aequitate, sine cognitione; posthac iudicandum peccatum hoc perhorrescit, fateor me tui saluti meture. Verus fidelis de nullo temere iudicat, at scio non deesse quamplurimos, pietatem professentes, qui hoc abutuntur nomine, & sub hoc caractere sese rebus immiscunt omnibus, & de quibuscumque iudicare volunt. Idem.

Praecipit Dei Filius in Evangelio, ne secundum rerum speciem, sed secundum rei iustitiam iudicemus. Idem.

dicemus. Adest ergo iudicium quod permiffum est, & alterum, quod vetitum est; quae est Sancti Hieronymi sententia dicentis, Salvatorem nequaquam prohibuisse, ne iudicemus: Hic non prohibuit iudicare, sed docuit. Ambigi nequit, quominus eorum scelerum, quae omnibus explorata sunt, iudicia sint licita; sed temerarium iudicium nobis interdicitur est: iudicium inanis curiositatis, quae efficit, ut improbe in lucem asseramus actiones proximi, praesertim vero eam non diligimus illum, atque laevam de eis iudicium feramus, quae nihilominus in aequiore sententiam interpretari, declarantes aliquid malum esse, quamquam intentio, quae nobis ignota est, illud efficere bonum poterit; quod quidem maximi momenti peccatum est, quia ex diametro opponitur charitati, quae non cogitat malum. E contra nihil magis consonum est Christianae simplicitati, quae tantopere commendatur, quam sese alienis non immiscere factis, & semper in aequiore sententiam explicare, quod videtur ambiguum. Anor proprius nos in propriis defectibus excacat; sed Christiana charitas, Sanctus Bernardus ait, debet nos excacare ne proximi nostri defectus intueremur, ne possemus curiosas actiones illius perferutari, & de illis partem aequum iudicium ferre. Abbas de Monasterio Tomo 3. Homil. Homilia de prima post Pentecost. Dominica.

Talis est communis eorum iniustitia, qui auctoritate propria sibi iudicium Tribunal constituunt, ubi nocentem tanquam veniam indignum non in hac solam, verum etiam in altera via condemnant. Ita Pharisaei Publicanos respiciebant tanquam perditos homines, de quorum salute iam actum arbitrabantur. Hanc autem damnationem Dominus prohibet. Nolite condemnare, non enim scire possumus quisnam futurus sit ille, qui supplicio dignus videtur, nec assequi, quo spiritu ille operetur. Qui vitam suam in seculis tradidit, animam exhalare potest in gratia Jesu Christi, quemadmodum qui hodie iustus est, eras potest perverti. Talis est hominis fragilitas, talis Dei misericordia, talis incomprehensibilis eius iudicia, & non versigande via ejus; Deo uni iudicium, atque damnatio reservata sunt; nostrum non est, inquit Apostolus, iudicare ante tempus, donec Dominus adveniat, qui abditissimas cordium cogitationes revelabit. Idem.

Quamvis est iniquitas nostra cum per insanissimam excitationem in aliis hoc ipsum corripimus, in quo nos etiam nocentes sumus? Dominus, qui absolute statuerit vult charitatem in corde discipulorum suorum, illis promittit, futurum ut minime damentur, nisi proximum suum condemnaverint. Verum illud quod alios asserimus, & ipsi possumus, quod cum alios damnamus, tunc nosmetipsos ore proprio iudicamus; atque Deum ipsum excipimus, ut contra nos eadem ferat damnationis sententiam, quam ipsi in proximum talibus, quemadmodum olim ad Romanos scribebat Apostolus: Propter quod inexcusabilis est, o homo omnis, qui iudicas. In quo enim iudicas alterum, teipsum condemnas, eadem enim agit, quae iudicas. Idem.

Si Domini lex prohibet proximum damnare; si hoc ex nobis propria utilitas poscit, ne per eam damnationem, quam in alios ferimus, & ipsi damnemur, debemus etiam ex charitatis principio peccatores excusare, & quantum in nobis scimus est, seculis eorum immiscere, quin tamen sinceritati, & veritati officiamus, Ita Sanctus Bernardus ait, si actionem probare non possumus, intentionem excusamus, vel noxiam in peccati ignorantiam, vel oscitantiam, vel circumstantiam aliquam respiciamus. Sin autem factum tale est, ut nullam admittere valeat excusationem; nobismetipsos dicamus: profecto vehementer, violenta tentatio fuit; quid ipse fecerem, si aequali certamine oppugnaret? Idem.

Si qui temere de aliis iudicium ferunt, eam, quam sibi inferunt, iniuriam cogitant, eaque supplicia, quae in suam caput depergent, ne illi quidem cauti, parcius iudicent. Sive enim bonas aliorum actiones praesens iudicent, seu malas sine misericordia condemnent; certi esse debent idem sibi imminere iudicium. Verum si quod bonum est, malum iudicant, audiant Apostoli iudicium; Tu quis es, qui iudicas alienum servum? Temetipsum damnas eo in iudicio, quod ters in alium; eadem quippe facis, quae iudicas. Liber cui titulus: Passiones Domini nostri.

Cum homo impatiens, exempli gratia, aliquem vider quidquam patienter ferentem, ex se ipso de illo fert iudicium, & statuit hanc non patientiam effectum esse, sed meram esse dissimulationem, impius, ac tepidus hypocritam putat eum, qui Christianae religionis praecipuis, atque officis vacat; censeat enim se non nisi per hypocritam tantumdem efficere posse. Necessarii homines odio, ira, indignitate, superbia, simulationi, vel alio cupiam flagitio, quod experiantur in se, omnia accepta referunt opera bona, quae viros bonos facere intuerunt: mala enim iudicia fere semper ex pravis auditiis oriuntur, quae in iudicantis corde delitescunt. Hoc satis crebro nos docet experientia. Idem bonum opus, quod alteri optimum praebet exemplum alteri scandalum adfert. Jejunium, oratio, pia colloquia quotidie opposita parant iudicia, neque alia huius rei causa est, nisi quod homines ita iudicantes non sequuntur iuxta mentis lumen, sed cordis sui dispositionem; quae quo nequior est, eo iniquiora in proximum iudicia ferunt. Idem.

Quamvis iudicari minime debeat bonum, quod palam malum est; hoc enim iudicium iudicio Dei prorsus esset oppositum; certum nihilominus est ita caute ferendum esse iudicium, ut amor proferatur, & cordis nostri corruptio in iudicii partem non veniant, aliter proximum iudicantes, nosmetipsos damnabimus, ita enim offendimus in nobis saltem adesse radicem mali ejus, quod in fratribus vituperamus, & nisi Deus gratia lux nobis opem afferret, nos quoque in eadem lapsuros crimina, quorum reos ducimus quos damnamus. Idem.

Cum nosmet pronos agnoscentes in hoc de aliis temere iudicandi vitium, sepe cogitare debemus, nos iis esse nequiores, quos iudicamus. In nosmetipsos convertenda sunt omnia mala iudicia, quae nobis contra proximum subsorretur; agnoscenda in nobis est corrupta radix, quae illi producit; semper inquirenda sunt aliorum excusationum rationes; quae si minime reperimus, coram Deo fatendum est, nos illis esse deteriores quia tot licet luminibus ab eodem illudicemur, illi tamen resistimus; & si illi, quos adeo imperfecto iudicamus, eadem lumina assequerentur, ad frugem ocyus redirent. Idem.

Non desunt, qui rebus in omnibus aliquid, quod obijciant inveniunt, & quibus nihil recte factum videtur. Suam tantum libidinem suumque sequuntur ingenium, atque facile iudicant, & damnant ea etiam, quae ignorant. Secreta cordis eorum nequitia, ac spiritus contradictionis illos agit, ut ea vituperent, quae omnibus celebrantur, atque censoria nota perstringunt pietatem, humilitatem, & charitatem eorum, qui propter has virtutes commendantur eoque, ut semper aliquos in illis deprehendant defectus, quae ipsorum dumtaxat oculis apparent. Afirmant, lumina veritatis prohiberi, ne commoneant sententiam sequantur, eoque rationis composites dumtaxat arbitrantur, qui in eorum abeunt sententias. Hae improbitas nos semper excacat; & praeterquamquod vulgo fallitur de aliis iudicium ferentes, cum nulla re iudicium ferre cogitur, in periculum adducimur nihil eorum videndi, quae in nobis sunt cum oculi nostri alio conversi sunt. Unica ratio perniciosa haec evitandi tenebras est, nosmet colligere, & nosmetipsos secundum veritatis regulas iudicare, atque damnare, quin alios redarguere, & corrigere audeamus, donec aliquid in nobis redarguatur, & corrigendum adferat; ut hoc pacto Dei erga nos praevinentes iudicia, illum cogamus nobiscum agere potius secundum misericordiam suam lenitatem, quam secundum severitatem iustitiae. De Sancta Mariae Presbyter. In Asericis tractatibus. Tomo 1. Tractatus de directione, & peccatis venialibus.

Non desunt, qui contradicendi libidine, vel non levibus inordinate amicitiae, vel falsa miserationis motu, probant, vel extulant in fratribus suis eos defectus, quos omnes in illis vident, & damnant. Illos temere laudant, atque rationes comminiscuntur, quibus tunc contra eos etiam, omnes bonos quibus ius est illos corripendi; quae cogitent rationum suarum possimam, exterarumque fontem propriam esse affectionem. Profecto quemadmodum periculum est, si dicas lumen non aliud esse, quam tenebras, non minus periculum est affirmare tenebras esse lumen. Nihil nos magis excacare potest, quam cupiditas probandi illos, qui caece operantur. Non procul absumus ab his rebus est.

Judicium temerarium propter excessum noquissimi & in se quoniam patrem actiones bonas interpretari.

Salvator nri noluit iure suo homines iudicandi eum verba ferat in Joann. 3.

Psalm. 74.

Nemini pareat in iudiciis temerarius rex de fratribus, & conditionibus omnibus sunt.

Psalm. 104.

Exod. 2.

Math. 7.

Defectus cognitionis efficit, ut iudicia temeraria cog. am Deo culpa non videantur.

De rebus ex carum specie iudicandum non est.

Temeraria iudicia sunt, nisi dominandi.

Judicium temerarium omnia reno inficit, efficit, ut bonum pro malo faciat.

In Dei iudicio redi denda no. bis est ratio de omnibus rebus iudicandi, quae fecimus.

Mala, & crimina, quae ex temerariis iudiciis proficiuntur.

Quoddam iudicium dice-

Improbi de aliis ex se ipis, & ex cordis sui pravitare iudicant.

De rebus manifestis caute iudicandum.

In nosmetipsos convertenda sunt omnia mala iudicia, quae in alios scriamus.

De spiritu contradictionis quoque in alios obijciendum reperitur.